



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Modus, & ratio [c]olloquendi. 36

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

donec prandij tempus appete-
ret, alto cum silentio, & quiete
summa vacabat. Quæ viuendi
agendique ratio cum perpetua
durasset, traxit ad imitationem
nonnullos, in quorum ore ocu-
lisque Antonius versabatur. Sed
is præter cetera mirari, magnæ-
que opere improbare solebat
eos, quos ab hoc calitum epulo
commodum digressos, ruere cõ-
tinuò ad humana negotia sen-
tiebat; immemores accepti: dum
vix tantulam in habendis gratijs
moram traherent, quantula ter-
quatérq; otiosi respirassent: haud
obscura specie, stomachi fastidi-
entis.

XXXVI. *Modus & ratio col-
loquendi.*

Libri quorum præcipuè vo-
luptate capiebatur, erant e-

iūsmodi ferè, qui aut de Christi imitatione, aut de quatuor Vitæ nostræ nouissimis; alter à Thoma Campensi, à Ludouico Granatensi alter, piè vtilitérque sunt lucubratī. Hos ille assiduè sic volutabat, vt tamen & Martyrum decertata prælia quotidie lectitaret. Quæ autem legerat, ea cum ventum deinde in colloquium esset, multa cum verborum suauitate, audientiūmque fructu, appositè memorabat. Cetera enim haud nimius verborum (quippe qui linguæ lubrica non ignoraret,) quoties tamen melioris argumenti mentio incidisset, nemo æqualium disertior illo vberiorque habebatur. Et hanc dicendi copiam peperit freuens ista, cum piorum voluminum lectio, tum

diui

diuin
men
mel
uit, e
guar
caus
aut
conf
mul
talis
fens
spira
XXV
N
rat,
ingr
bene
tran
ratio
frug
de fi

diuinorum, qua de diximus, cō-
mentatio : quæ vtraque cū se-
mel animi sinus omnes imple-
uit, exæstuans opportunè, in lin-
guam & v rba bullit. Ea de
causa contubernij sui præf. cto,
aut cum eo Patre, cui explicare
conscientiæ arcana suenerat,
multus illi sermo quotidie : isq;
talis, qui semper ostenderet, eius
sensa nihil humile, mortaléque
spirare.

XXXVII. Colloquendi materia.

NAm omnis eius oratio, non
de alio fore arg. mento e-
rat, atque de hominum praua
ingratáque indole, qui ter D i
beneficia, obliuione tam alta
transmitterent; Tum de via, &
ratione, qua improbi reduci ad
frugem breuissimè possent. Inde
de fructu, quem vberem è labo-
re suo